



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

§. III. An dispositio d. extrau. Ambitiosae procedat in rebus donatis, vel  
legatis alicui Ecclesiae cum expressa conditione, vt illas Ecclesia possit ad  
libitum alienare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

in Auth. hoc ius porrectum C. de  
Sacros. Eccles. & in lib. Decret. 12.  
q. 2 per tot. presertim in cap. sine ex-  
ceptione, & in lib. Decretalium in  
tit. De reb. Eccl. aliena. vel non pre-  
cipue in cap. nulli, & in eod. tit. in  
6. ut obseruat etiam Quarant. in  
ver. Alienatio rerum Ecclesie in  
principio. & hodiè attenditur pre-  
cipue constitutio Pauli II. quæ in-  
cip. Ambitiosæ relata inter extran.  
commun. substit. de Reb. Eccles. non  
alien. vbi alienantes bona Eccle-  
sie immobilia, vel mobilia pre-  
tiosa sine beneplacito sedis Apo-  
stolicæ excommunicantur, ac pri-  
uantur eo ipso beneficijs, quoru[m]  
bona alienarunt: illi etiam, qui res  
alienatas receperint, excommu-  
nicationi subiciuntur, & contra-  
etis ipse nullus, & inualidus de-  
claratur. Regulares verò vltra  
præfatas pœnas incurunt etiam  
ipso facto priuationem vocis ac-  
tuæ, & passiæ, ac perpetuam  
inabilitatem ad illam in posteru[m]  
obtinendam sublata etiam Gene-  
rali, & Proæctori illam moderan-  
di, aut relaxandi facultate ex de-  
creto Sac. Congregationis iussu Vr-  
bani VIII. edito sub die 7. Septem-  
bris 1624. prout resert Bonacini in  
tract. de Alienat. honor. Eccles. disp.  
2. q. vn. pun. 1. num. 8.

## §. II.

*Quid veniat nomine pretiosorum  
mobilium.*

**R** Esp. quod veniunt vasa argé-  
tea, vestes pretiosæ, quæ diu-  
tius seruari possunt, Grex ouium  
armamentum Boum, præsepi um-

equorum Rico. in Prax. for. Eccles.  
par. 1. ref. 58. Barbos de offic. & pot.  
Episc. par. 3. all. 95. num. 39. item  
arbores fructiferæ, & his similia.  
Nau. conf. 7. de Reb. Eccles. alien.  
vel non. Bonacini loco cit. disp. 2. q.  
vn. pun. 2. nu. 8. Quare vendi qui-  
dem possunt Agni, Arietes, Hirci,  
Hædi, & Vituli, non tamen potest  
alienari totus Grex sine solemni-  
tate Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6. n. 8.  
Dicit tamen Ricc. in Prax. vt su-  
pra par. 1. ref. 63. quod huiusmo-  
di pretiosæ mobilia absque assen-  
su Apostolico possunt alienari,  
quando illorum pretium conuer-  
titur in fabricam eiusdem Eccle-  
sie.

## §. III.

*An dispositio d. extrau. Ambitiosæ  
procedat in rebus donatis, vel  
legatis alicui Ecclesie cum  
expressa conditione, vt  
illas Ecclesia possit  
adlibitum alia-  
nare.*

**R** Esp. affirmatiuè, quia hæc co-  
ditio tamquam illicita rej-  
citur cap. tua nobis de Testamen.  
Vulp. in Prax. iudic. cap. 6. num. 35.  
Barbos. d. par. 3. alleg. 95. numer. 70.  
quod intellige, quando donantur,  
vel legatur ecclesiæ ea paci, secus  
si incapaci, quæ non potest reti-  
nere in communi, quales sunt fra-  
tres Sancti Francisci 'de obser-  
uantia, quia tunc possunt bona  
huiusmodi alienari sine solemni-  
tate, & pretium in utilitatem Ec-  
clesiæ conuerti, etiam si in tali le-  
gato facto incapaci caueatur  
quod

quod non possint alienari Qua-  
rant. in ver. Alienatio rerum eccl-  
sie. nu. 32. & num. 41. vers. Sexto.  
Barbos. loco cit. num. 59. Ricor. in  
Prax. for. eccl. par. I. ref. 64. Gabr.  
commun. conclus. lib. 6. tit. de Pia-  
caus. concl. 2. nu. 14.

## S. V.

An incurvantur pœnæ d. Extrau-  
si stat instrumentum aliena-  
tionis honorum Ecclesiæ  
cum clausula con-  
stituti.

## § IV.

*An dispositio dictæ extrau. procedat  
in alienatione patrimonij, ad  
cuius titulum quis fuit  
ordinatus.*

7 R Esp. negatiuè, quia in hoc  
Concilium Tridentinum  
sess. 21. de ref. cap. 2. requirit tan-  
tum licentiam Episcopi Paris. de  
Resign. Benefic. lib. 2. q. 6. num. 1. &  
35. Nau. conf. 14. nu. 2. de Tempor.  
ordin. & in Man. cap. 22. num. 18.  
vers. tertio, quos refert, & sequitur  
Ricc. in Prax. for. Eccles. p. I. ref. 82.  
vbi etiam dicit, quod si Clericus  
tempore alienationis habeat cō-  
gruam substentationem, tunc ab-  
sque licentia Ordinarij poterit  
bona, ad quorum titulum ordi-  
natus fuit, alienare, & hanc sen-  
tentiam tenent etiam Garc. Ceual.  
& alij apud Bonacin. de Sacram.  
disp. 8. q. vn. pun. 5. num. 41. quia  
illa particula, donec aliunde ha-  
beant vnde viuere possint, appo-  
sa in Concilio loc. cit. est restri-  
ctiva temporis, & suspendit facul-  
tatem ad tempus l. legatum ff. de  
Ann. leg.

10 R Esp. affirmatiuè, quia per  
clausulam constituti regulari-  
ter transfertur omnis possessio,  
tam naturalis, quam civilis Rot.  
coram Card. Caualer. dec. 128. n. 6.  
11 verum si pretium non fuit solutu-  
neque fuit habita de eo fides, non  
incurrantur eo casu supradictæ  
pœnæ, quia tunc neque dominiu-  
neq: possessio aliqua per clausu-  
lam constituti transfertur I. ven-  
dita Instr. de Rer. diu. Vulp. in  
Prax. Iudic. cap. 6. nu. 11.

## S. VI.

*An dispositio d. extrauag. locum  
habeat in bonis Hospita-  
lium, & Confraterni-  
tatum.*

12 R Espondet Vulp. in Prax. Iu-  
dic. cap. 6. num. 25. & alij plu-  
res, quos refert, & sequitur Gab.  
comm. conclus. lib. 6. tit. de Pia causa  
concl. 2. num. 9. quod si confrater-  
nitates, & Hospiitalia sint loca  
pia, requiritur solemnitas, quæ  
requiritur in alienatione rerum  
Ecclesiæ, dicuntur autem locapia,  
13 si sunt erecta auctoritate Episco-  
pi, vel si bona eorum sint destina-  
ta in alimoniam pauperum, aut si  
ibi adsit campana, & publicè ce-  
lebrentur diuina, vel si in illis ser-

E 2 uata

